



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 60. Octodecim Cardinales a Benedicto deficientes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

## §. LX.

*Otto decim Cardinales a Benedicto  
deficientes.*

*Monach.*  
*S. Dionys.*  
*l. 18. c 6.*  
*Surita l. 1.*

Cuncta ista Gallorum consilia rebus Benedicti valde inimica fore, facile colligi poterat, certum tamen, eum inter tam repentina, tamque inopinata adversantis fortunæ Iudibria nunquam acerbiori vulnere perculsum ingemuisse, ac dum octodecim Cardinales a sua obedientia secedere inaudiit; hi enim subtraktionis documento ad eum missio, Villanovam Regis Galliæ oppidum, sese receperunt, ut iram Pontificis, & Arragonensis exercitus a Roderico de Luna fratre ipsius in auxilium missi insultus effugerent. Crevit immodice Benedicti furor, dum præter suos Cardinales, etiam a pluribus Domesticis, Capellanis, Auditoribus, aliisque suis officialibus se derelinqui videret; hi enim turmatim ab eo desciverant, postquam a duobus Commissariis a Rege missis, nem

pe

pe Roberto Franciscano Juris Do-  
ctore, & Tristano de Boe Ecclesiæ  
Attrebatensis Præposito hanc obe-  
dientiæ subtractionem Avenione pri-  
ma Dominica Septembris 1398. pu-  
blicari perceperunt, eisque nuntia-  
tum esset, eosdem Commissarios o-  
mnibus Regis subditis tam Clericis,  
quam Laicis præcepisse, ut sin-  
guli sub gravissimis pœnis aula, ac  
ministerio Benedicti excederent, quo  
factum, ut Pontifex nonnisi duos nu-  
meraret Cardinales, scilicet Pampi-  
lonensem, & Tarragonensem, qui  
adversam magis fortunam sentire,  
quam ab ejus societate divelli vo-  
luere.

Cardinales Villanovæ in asylo  
morantes, tres e gremio ad Carolum  
VI. alegant, nempe Pictaviensem,  
de Salutiis, & de Turejo Cardinales,  
qui a Rege peterent, ut ad subtra-  
ctionem ceteros Principes induceret,  
Concilium Generale pro unione con-  
vocari, ipsumque Benedictum tan-  
quam schismaticum, & hæreticum  
comprehendi juberet. Cardinalis  
de

*Juv. Ursin.* de Tureio ceterorum nomine perso-  
*Histor.* rans, pereleganti sermone Regi ex-  
*Caroli VI.* posuit, quam utile, imo quam necesse  
*p. 134.* sit, ut Rex eorum precibus deferret,  
*Monach. S.* *Dionys. l. 18.* se nihil, quod veritati apprime conso-  
*c. 10.* num non foret, contra Benedictum  
dixisse subjungens; Cui Cancella-  
rius nomine Regis respondit: incar-  
cerationem Pontificis ex capite hæ-  
resis Regi non competere, cetera ve-  
ro cum illis, atque Prælatis Galliæ  
maturiori discutienda examine.

## §. LXI.

*Rex cum copiis Petrum Alliacensem,*  
*& Bucicaldum Mareschallum*  
*Avenionem mittit.*

Petrus de Alliaco An. 1396. Epis-  
copus Cameracensis nominatus,  
qui paulo post Romam missus erat,  
Bonifacio cessionem persuasurus, cur-  
rente anno 1398. circa mensem Ma-  
jum redux, jussu Regis denuo Avenio-  
nem proficiscitur, comitante Joanne  
Maingrio Bucicaldo Franciæ Mare-  
schallo una cum copiis suis, ut Bene-  
dictum